VOTA, ET MOTIVA PROCESSVS ILLVSTRIS DOCTORIS FRANCISCI DE

Mirauete, Locumt. Illustrissimi Domini Iustitiæ Aragonum & aliorum, super iurisfirma grauaminum factorum.



N Processu, & causa in Curia Illustr. Domini Iusticiæ Aragonum habito, & actitato, & existenti, intitulato Processus Illustris Doctoris Francisci de Mirauete, & aliorum super iurisfirma grauaminum factorum existente dicto processu, & causa, in deliberatione super diffinitiua sententia quinque domini Locumtenentes Illustrissimi Domini Don Martini Baptista de la Nuça, militis Maiestatis Domini nostri Regis Cōsiliarij, ac Iustitiæ Aragonum cōcordes fuerunt voti, & opinionis quod debet pronuntiari iurisfirmam obtentam, oblatam, & præsentatam pro parte Illustris Doctoris Francisci de Mirauete, Hieronymi Aznar, Dominici Montaner maioris, Petri de Soria, Dominici Montaner minoris, & Michaelis Mirauete prin. M. Ioan. Viu, & M. Casis Procuratorū fore, & esse reijciēdā, & repellendā reijciq;, & repelli debere quoad omnia grauamina in cedula grauaminum pro eorum parte oblata deducta, & articulata; *eosdem* firmantes in *expensis* taxandis condemnando, Cætera supplicata locum non habere attentis contentis.

Ex eo potissimū, & alias reijcitur, & repellitur iuris firma dictorum firmantium, quoniam ex deductis in processu non constat de aliquo grauamine. Nec refragatur quod secundū ordinationum dispositionem nullus possit in cōfratria Beatæ Mariæ maioris, & de Pilari admitti, nisi habeat in dicta Parrochia domum propriam, & in ea habitauerit; & quod Anna Ludouica Delgado, & Toledo, tempore præsentationis, nec admisionis, non habuit domum

in dicta Parrochia, nec habitauerit, nam cuilibet verba ordinationis etiam leuitèr consideranti apparebit, id requisitum nullo modo desiderari in confratrum vxoribus, vt colligitur exprçsse, ex illis verbis ordinationis, fol. 13. ibi, *Otro si, queremos, que las mugeres de Cofadres puedan ser admitidas en Cofadresas, constãdo assi mismo de su limpieza, y calidades que les competen, dãdo las dichas cedulas, y guardando el orden dado en la admision de los Cofadres, y las mugeres viudas de la Parrochia; assi mesmo, constando demas desto, q̃ tienẽ casa propria, &c.* Quæ verba, totam difficultatem dirimunt, & ordinationis mẽtem demonstrant, quæ cum in principio de Confratrum vxoribus loqueretur, respectu generis puritatis, & aliarum qualitatum, loquẽdo postea de viduis ita prçfatur (*que a mas destas calidades aya de tener casas*) in quibus verbis exprçsse ostẽditur, prçdictũ requisitũ in vxoribus Cõfratrũ minime desiderari, quia dictio *Vltra* dicti requisiti defficientiam in antecedenti præsupponit, quinimo decretum irritans, & pœna nullitatis in ordinatione exprçssa, solum respicit defectus notabiles circa generis, & sanguinis puritatem, non vero defectum domus, vel habitationis in Parrochia, vt ex illius lectura manifestè, & clarè colligitur. Ex quo sequitur, quod, & si dictum requisitum exprimeretur in Confratrum vxoribus, adhuc dictus defectus non erat considerabilis ad causandam, vel inducendam nullitatem admissionis, prçcipuè cum in dicto requisito (*de no tener casas*) maritus dictç Annæ Ludouicç fuit dispensatus, quæ in dispensantis præiudicium prodesse debet vxori, cũ sit faborabilis. ¶ Minus etiam obstat quod secũdo loco a Firmãtibus proponitur, videlicet quod secũdũ ordinationes quilibet de Capitulo liberè votum suum præstare debet, & in admissione dictæ Annç Ludouicç, Illustris Doctor Franciscus de Mirauete fuit impeditus à Maiordomibus, quominus animi motum votumq; suum diceret. Quia ex depositionibus testium ex vtraque parte productorum contrariũ resultat. ¶ Nec etiã mouet aliud prçtensum a Firmantibus requisitũ ordinationis, quod scilicet debebat in cedula articulari, vnde sunt nati aui, & parẽtes ex vtroque latere, & Parrochiam vbi baptismum acceperũt. Quia ex processibus cõpulsatis, & testiũ depositionibus colligitur talem ordinationem nunquam fuisse vsu receptam, sed cõtrario, vsu abrogatam. Imo id prçtensum requisitum solum desideratur ab ordinatione in primis cedulis.

dulis, quæ ſingulis Confratribus, & cuique illorum ad propriam eorum inſtrutionem præſtari ſolent, de quo firmantes non conquęruntur, nec grauamẽ aliquod exprimitur, ſed ſolum de libello, & petitione oblata per dictã Annam Ludouicam Maiordomibus dictę Confratriæ, cuius reſpectu minime ab ordinatione prædictũ requiſitum, nec expreſſe, nec tacite poſtulatur. Quod ſi vellis etiã in his terminis ordinationẽ procedere; iam eius menti, & diſpoſitioni, plenè ſatisfactum apparet ex probatione facta per Maiordomos, qua ſufficienter, & legitimè conſtitit de origine ac Parrochia, de cuius defectu per firmantes opponitur. ¶ Minuſq; intereſt, probationes factas fuiſſe transſactis decẽ Menſibus. Quia ex lectura ordinationis colligitur probationes reſpectu generis puritatis, duppliciter fieri poſſe, vnã ex officio, alterã vero ad inſtantiã partis cuius intereſt; prima eſt, de qua loquitur ordinatio in illis verbis. *Y eſta ſolo ſe hazia antiguamente, y era la mas importante*, ſecunda ibi, *pero agora de mas de eſto, &c.* De prima informatione facta ex officio parti imputari, non poteſt, quod facta ſit intra tẽpus nec ne; cum ſit factum alienũ imo in hac probatione non eſt præfixum tempus, niſi in oblatione cedulæ, de qua firmantes non loquuntur, ſecunda autem facta fuit intra ſex menſes a die præſentationis, cum qua ſatisfeciſſe videtur ordinationi. Nec obſtat quod poſt tranſactum dictum tempus ſex Menſium iterum probationes factæ ſint, quia factæ fuerunt ex officio ab ipſo Capitulo, ſine partis aſſiſtentia, in quo caſu nullum reperitur tempus aſſignatum, nec præfixũ, vt dictũ eſt, & caſu quo nec ex officio poſt tẽpus ſex menſium informationes facere potuiſſent, nemini dubium eſt, imo receptum in iure omnes de Capitulo potuiſſe diſpenſare, vt in præſenti conſtat per depoſitiones teſtium & aliàs. Nec reſtat ſcrupulus, ex allegatis ex parte Firmãtiũ dum intendunt demonſtrare, quod admiſſio facta de perſona dictę Annæ Ludouicæ fuit nulla, ex eo, quia non conſtat per inſtrumentũ de præſentatione: Nam ordinationes dictum requiſitum non poſtulant, nec de dicto grauamine ſpecificè, & nominatim apparet, cum hoc in iure noſtro neceſſarium ſit, & in hac Curia ſemper deciſſum, imo ex Firmantium cõfeſſione, & ex allegatis, & probatis in proceſſu exprę ſſe cõſtat de dicta præſentatione. *Et in expenſis* condemnantur, quia non habuerunt iuſtam nec probabilem cauſam litigandi, & alias attentis

con-

contentis. Et duo ex dictis quinque Dominis Locumtenentibus dicti Domini Iustitię Aragonum addendo prædictis motiuis fuerunt ex motiuis sequentibus. Et insuper quia electio iurisfirmæ non fuit facta intra tempus debitum computandum a die admissionis in Cõfratrissam, & in executione nullum reperitur grauamen. Sig†num mei Antonij de Soria in Ciuitate Cæsaraugustæ domiciliati authoritateq; Regia per totum Regnum Aragonum publici Notarij ac Regentis principalis cuiusdã ex Scribanijs Curiæ Domini Iustitiæ Aragonum, eiusque Consilij Secretarij, qui huiusmodi vota, & motiua à originali libro dicti Consilij, de Anno millesimo sexcentesimo decimo quarto, in quo continuata, & descripta existunt manu aliena extraxi, & cum suis originalibus bene, & fideliter cõprobaui, in quorum fidem, & testimoniũ pręmissorum meo solito, quo artis Notarię vtor signo signaui.